

Constitutio Commissariorum Pacificationis
tractandae cum Rege Daniae.

Matum se habiturum, quicquid per eos tractetur, de-
clarat.

153
Universis quorum interest, nominatim vero Illusterrimis Principibus cujuscumque status, qui pacificationi inter Serenissimos Daniae et Sueciae profuturi sunt, quocumque in loco congregatis aut congregandis, amicis nobis charissimis, vel Commissariis eorum pergrate nobis dilectis significamus, quod etsi nos semper quiescentia consilia turbulentis anteponeverimus, neque ab illa re magis, quam a profusione sanguinis Christiani abhorrevimus; tamen cum jus nostrum adversus Sueciae Regem Ericum Decimum quartum tueri quietis consilio non possemus, atque ideo ad belli necessitatem delapsi essemus, eamque ipsam rationem juris sui adversus eundem Regem prosequendi Serenissimum quoque Principem Dominum Fredericum Secundum Danorum &c. Regem iniurisse videremus, constitueramus societatem belli adversus praefatum Sueciae Regem suscipiendi, cum praedicto Serenissimo Daniae &c. Rege secundum pacta et conditiones inter nos per communes Commissarios nostros constitutas; quibus quidem pactis, quoniam id quoque expressum est, ut nequa cum Suecorum Rege pacificatio tam a nobis, quam a Serenissimo Danorum Rege, nisi utrisque

1569.

nisi utrisque nobis ad eam consentientibus pos-
sit institui; nos acceptis nuntiis de conventu hoc
ad pacificationem tentandam constituto, nil por-
tius aut antiquius habuimus, quam remitten-
dis nostro nomine ad eam rem tam salutarem no-
stris Commissariis hoc illustri documento responde-
remus, unquam per nos stetisse, quominus pax
& mutua animorum consensus inter Principes Chri-
stianos vigeat, & conservetur. Itaque nequid in-
stitutae pacificationi propter absentiam Commis-
sariorum nostrorum morae aut difficultatis ad fer-
ri possit, Generosum Franciscum Mussoeci Ca-
stellanum et Consiliarium, et Joannem Harenba-
tulicum et Secretarium nostrum, Commissarios
nostros constituimus et ordinavimus, constituimus
que et ordinavimus per presentes, cum facultate
totum hoc negotium pacificationis nostro nomi-
ne cum aliorum Principum & Regum Commis-
sariis tractandi, deque eo consultandi, proponen-
di, concludendi, & generaliter omnia et singula no-
stro nomine faciendi, quae ad eam rem necessa-
ria videbuntur; promittentes verbo nostro Regio, ra-
tum gratum firmissimumque nos esse habituros, quic-
quid per eos utrosque et singulos eorum in
predicto negotio actum, factum, transactum, con-
fectum, conclusum fuerit, non secus ac si nos i-
psi iis gerendis interessemus, aut ea ipsi gerere-
mus. In quorum fidem manu nostra subscri-
psimus, et sigillum apprimi iussimus. Datum
Varsaviae Vigesima quarta Decembris.